

Johann Peter Schmidt

**Programma Paschale, Quo Rector Academiæ Rostochiensis, Iohann. Petr.  
Schmidt, Utr. Jur. Doct. ... De sünt Hülp, & H. Jodut Brevibus Præfatus, Omnes ...  
Cives Academicos, Ad Piam Sancti Hujus Festi Celebrationem Pro Officii  
Præsentis Ratione Sedulo Serioque Cohortatur**

Rostochii: Typis Joh. Jac. Adleri, [1744?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032692>

Druck    Freier  Zugang





F. 512.

—  
1744 Oster

A-1256. 276.

PROGRAMMA  
PASCHALE,

QUO  
RECTOR ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS,

JOHANN.PETR. Schmidt,

UTR. JUR. DOCT. ET COD. PRÆ-  
PUBL. ORD.

DE

sunt Tulp, & S. Hodue

BREVIBUS PRÆFATUS,

OMNES O. O. CIVES ACADEMICOS,

AD

PIAM SANCTI HUJUS FESTI CELEBRATIONEM

PRO OFFICII PRÆSENTIS

RATIONE

SEDULO SERIOQUE COHORTATUR.

---

ROSTOCHII,

Typis JOH. JAC. ADLERİ, SERENISS. PRINC. &  
ACAD. Typographi.

1744

M. 1256 276



91.1744

SALVE FESTA DIES, TOTO VENERABILIS ÆVO,  
QVA DEUS INFERNUM VICIT, ET ASTRA TENET.

**P**er Vocem, JODUTTE, Cives O. O. honorissimi, sapius  
clamorem Tragicum denotari, & locutionem istam, apud  
Westphalos indies auditam: ich mil dich schlagen, du  
solt Jodut russen, inter minaces obtestantium jurgandi formulas  
esse numerandam, inficias iturum nem nem, nisi antiquitatum  
Germanicarum penitus imperitum, totus mili persuadeo. Quem  
admodum enim, de altera vocabuli acceptione, per tot in  
dubitata documenta abunde liquet; siqvidem etiam verba Pro  
phetæ Jeremiæ, à B. Luthero seqventem in modum Germa  
nicae reddita: und schreien Zeter 1) über dich, *Jer. Cap. XII.*  
v. 6. in Bibliis Lubecens. de an. 1533. hac Phrasij efferuntur: un  
de schryen t' Jodute 2) aber dy: ita, qvod in altera ejusdem,  
quam professus sum, significatione haut erraverim, res ipsa  
cerne loquitur. Præterea vero, per hoc ipsum nomen, tum  
formulam implorandi intelligendam esse, qva opem auxiliave  
petentes uti consverunt, tum potissime monumentum, sive si  
gnum qvoddam reportatæ ab hostibus victoria: qui  
libet, qvi altius a primis inde initii historiam hujus idoli re  
peti.

- 1) In Judicio criminis hanc vocem antiquitus adhibitam fuisse, imo ho  
dium adhiberi, intes omnes constat. Quidam putant, dici, quasi  
ein Zittern-Geschrey, qvod sc. per horrendum hunc clamorem ter  
ror & tremor audientibus incutiatur, Alii a Latino citare, citire,  
hanc vocem derivant, Vid. P. Mascov. diss. de Clamore violentiæ,  
quam Wachterus a verbo Islandico syta, deducit.
- 2) Item *Jer. XV. 16*, ubi Lutherus: wider den jederman haddert, in  
his bibliis legitur: aber den Ydermann t' Jodute schrezt. Per  
nent hue etiam statuta Frisia, num. 21. When det ruchibahr wör  
de mit Joduta rostende, edder derglichen. Erymon hujus vocis infe  
rius dabitur. Ceterum cognationem hic habent ex Jure Germani  
cæ vociferatio, Wapen, item das Gerüste, wer flagen wil, der  
Flagfeste, item das BlutzGeschrey.

petuisse haut gravatus est, ultro largietur. Qva propter, ordi-  
ne rei id postulante, qvo penitus intelligamus, qvid proprie-  
sit isthæc *Jodutta*, & qvodnam significationum modo commemora-  
tarum fundamentum: non possum, qvin circa nomen & omen  
eiusdem brevissimam in sequentibus instituam disquisitionem.  
Et sicuti in genere qvidem hoc præmoneri potest, omnium ex  
opinione, ipsam JODUTTAM, indigenam esse; sed, qva no-  
men ipsius, à se differre eruditos, num *Germanica* sit originis,  
an *Latina*, imo & *Italicæ*: sic specialiter, specialiora singula qve  
scrutantibus nobis ac adeuntibus, ad historiam Imperii Ro-  
mano Germanici, Seculi videlicet XLI<sup>mi</sup>, respiciendum est. AN-  
DR. SEVERINUS qvidem, in annot. in Cap. 6. Libr. I. hist. A-  
dam. Bremens. ad antiquiora, sub Imperatore Carolo Magno tem-  
pora, prima hujus Joduttæ incunabula rejicere studet, ita do-  
cens: apud Saxones qvondam & Cimbros, imperante Carolo  
Magno, alias adhuc præter *Irmensul* fuisse columnas, & eas in-  
ter, unam *Crodoni* in *Hartesburg* positam, unde & hodie execra-  
tionis formula, du Kräten-Düsel, alteram *Jodute* appellatam.  
Verum fallitur hic Autor & fallit, indeqve sub censuram meri-  
to vocatur. Ignorat etenim ævum Caroli M. columnam hujus no-  
minis. Ignorat vocem Joduttæ, & facellum potius fuit, qvod  
gloriosissimus hic Imperator, Saxonum viator, condidit, qvodve  
a divino auxilio, sancti ad jutorii nomine insignitum, Germani-  
ce nunquam aliter, qvam *Sanct Hilfse*, vel *Saint Hilfse* salu-  
tatum est. Fide dignissimis tot scriptorum, coævorum pariter ac  
recentiorum, hoc ego confirmo testimoniis, e quibus in presen-  
tiarum ad Chron. *Tremon*, apud *Stangwol.* Libr. II. ann. l. & mo-  
numenta *Paderbornensia* provocasse sufficiet. In illo nimirum ita  
de hac re scribitur: *Carolus Rex in monte, ab antiquo Angeli di-  
cto, milliare a Lemgau civitate distante, Saxones usquequo rebeller, ite-  
rato aggressus, illos ad internacionem occidit, & trans fugas dissipat:*  
*qua in pugna manifestum ei divinum ad fuit auxilium, ea propter reli-  
gione tactus, ne ingratus erga Deum reperiretur, montem hunc divino  
cultui consecravit, montem sancti adjutorii cum baptizando, atque  
Ecclesiam ibi fundando, ubi posteri multis seculis, pia & ab antiquo u-  
stata devotione illinc peregrinantes, divinum auxilium non raro sense-  
runt: Et hæc docent pag. 42. nomen Germanicum *Sanct Hilfse*,*  
*diuissime mansisse, & forte, facello licet deserto jacente, imo funditus de-*

structo, etiamnum manere. Rectius ergo, his ita sese habentibus,  
ad tempora nobis propiora Joduttam referimus, cujus verissima,  
nisi me omnia fallunt, origo, sub regimine Imperatoris  
HENRICI V reperitur. Nempe snavis in eo Historicorum ad  
unum fere omnium est consensus, Henrico jam laudato, pro  
pe sylvam Welfonis insigni clade Anno MCXV victo : a LO  
THARIO, Saxonie Duce, victore, statuam in rei gestæ memo  
riam esse erectam ; qvam, *Jeduttam* esse vocatam, & a plebe ru  
sticana deinde pro *Dea Saxonum* adjutrice habitam, divinisqve  
cultam honoribus, porro commemorant. Ita enim CRANZIUS,  
rem refert, cujus verba ex Saxon. *Libr. V. Cap. XXXVI.* trans  
scripsisse non piget: *Decimo quinto deinde, inquit, post centum ac mille*  
*anno 3), quum Imperator Henricus in Saxoniam iterum duceret, Lude*  
*rus Dux, & Regnerus Episcopus Halberstadiensis, ac Fridericus Comes de*  
*Arnsberge justam illi aciem objecerunt, in loco, qui dicitur Welpeshold*  
4) *Impares quidem numero Saxones, sed virtute & acritate pares ini*  
*tio, & in fine etiam superiores sunt inventi : nam conservis manibus vi*  
*ctoria penes Saxones fuit. Tropaeum erexere victores in loco 5) pu*  
*gnæ, armatum clavâ virum cum dependentibus armis Saxonie. Hanc*  
fla-

- 3) Commissum hoc prælium est die XImo mensis Februar, dicti anni,  
in quo plures Scriptores coævi conspirant. Notandum itaque, &  
*Chronographum Saxonem errare, qui ad annum 1116, illud refert,*  
& *Chronicon Stederburgense, quod ad ann. 1114. idem rejicit, nec*  
minus *Helmoldum Libr. I. Chr. Slav Cap. XL. & Albertum Sta*  
*densem, qui Kalendas Februarii substituunt.*  
4) Georg Fabricius in *Elect. Saxon. p. 7.* hunc locum definit prope  
*Helmstadium in campo ab alaudis dicto. Dum vero nec Conringius*  
nec Eccardus, Antiquitatum Helmstadiensium inadagatores soleri  
ssimi, hujus loci atque proelii mentionem faciunt, potius Spangen  
bergio ad stipulandum est, & ceteris, a Struvio in Hist. Imp. Per.  
*VI. S. IV. §. 15. n. 91. autoribus citatis, qui locum auf die Höhe*  
*zwischen Hettstedt und Schanders leben, designant.*  
5) Clarius a Schedio tr. de Diis Germ. Synt. III. Cap. VI. tropæum  
his quidem verbis describitur : *Statuæ insistebat armati viri effigies,*  
*cujus dextra manus cæstum, acutis ferruminatum stigmatibus ver*  
*sabit; sinistram clypeus muniebat. huic Saxonie insigni, a equus nempe*  
*rieus, roseo in scuto inhærebat.*

statuam rustica plebs, in super stitionem, in qua sunt faciles, versa, eccepit velut idolum venerari, arbitrata, esse antiquitatis Deum, quem dixerunt Jodute. Atque eadem quoque SPANGENBERGIUS docet in peculiari tractatu Ursach und Handlung des Sechsischen Krieges bey dem Welphesholz, cuius Cap. XLIX. sequentia leguntur: Ist freilich auch dis das gewissest, daß die Bildniß des geharnischten Mannes alda zum Gedächtniß ist aufgerichtet worden der gehaltenen Schlacht und erlangten Siegs, also, daß es solte seyn ein Gedente oder Bedeutniß derer Ding, so alda bey dem Welphesholz geschehen, cum quibus VAGEDES etiam facit in Opuscul. Academ. p. 288. qv. I. & STRUVIUS in Prolegom. ad Corp. Hist. Germ. S. II. §. 18.

Quemadmodum autem cum ipsa re simul nomen rei coortum est: ita, unde præcise Jodutæ nomen, monumento contigerit, & quænam genuina appellationis istius sit notatio, investigandum nunc est. CRANZIUS in Metropoli Libr VI. Cap. 7 ex Italico verbo: *Io, mi adjute, hoc est, me adjuvate,* derivandum illud autumat, a quo non multum HASÆVS dissentit ex clamore Saxonum militari; *Dio adjuti, Gott helft!* 6.) idem deducens, hoc interim supposito, Saxonès hac tesseræ esse usos, eamque in ipso prælii ardore vociferando ingeminasse. STADENIVS econtra in Voc. Bibl. pag. 695. per arma illud interpretari mavult: Et secundum W A C H T E RVM b. v., Jodutte vel est *vocativus substantivi Getude, plebs,* vel *clamor ad plebem, ab interjectione exclamandi Io! & dūde plebs,* ut sensus exclamantis sit: *adeste vulgus! adeste homines.* Verum, dum in rebus gestis Germanorum, difficulter denominations Italica locum sibi vindicant, nec etiam Stadenius, quibus in populis arma vocentur Jodute, nos docuit; adhæc Wachteri originatio, ut ut admodum ceteroquin ingeniosa, & conclamationem istam judicalem, das Jodut-Russen-Zeter-Geschrey, clarissima luce collustrans, tropæi ejusdam denominationi vix ac ne vix quidem 7) convenit: hucusque, quo

X 3

de-

- 6) Fide hæc scribo Cell. Wachteri, cum neque Hafæi, neque Gerhardi a Mastricht copia mihi concessa.
- 7) Imo, nisi totus erraverim, Cranzius suo jam tempore hoc perspexit, dum ita scribit: *Eam vero, quæ hodie extat, conclamationem ad arma G auxilium, non ab idolo dictam esse, aut vano Deo - - etiores arbitrantur.*

derivationibus istis subscriptam, a me impetrare haut potui.  
Probabilius ergo illud arbitror, quod VAGEDES loc. cit. atque SCHEDIVS de Diis German. Syng. III. Cap. VI. pag. 725. statuant, 8) quod scilicet ex latina maire, monstroso quodam partu, Germanica proles prognata sit. Opinantur enim, Ducem Lotharium, Imperatoris Caroli M hac parte æmulam, victoriæ suæ monumentum, sancti adjutorii nomine, primum appellasse; sed male intellecta voce, postea labentibus annis, apud ignaros, pro adjutorio, Jodutta, esse dictum. Et quid denique obstat, quo minus adstruamus, sæpius citatam nostram Joduttam magis nomen appellativum esse, quam Lothariæ statuæ proprium. Sedethæc opinio Spangenbergio, loco superius allegato ita pergenti: Weil denn die Sachsen ein Gedeutung pflegen ein Gedeute zu nennen, hat leichtlich das Bild den Nahmen davon also bekommen und behalten. Sedet eadem Dn. GERHARDO a MASTRICKT, quæ etiam, si ingentie fatendum, quod res est, mihi adeo probatur, ut facile his Viris subscriptam. Quæ enim alia statuæ erectæ fuit causa? quisnam ejusdem finis? præter hunc, ut victoriæ sit monumentum, vel, quod idem est, ein Sieges Mahl, ein Sieges Gedeute, ein Gedeute. Neque negandum est, hoc ipso, quo sequentibus post annis, monumentum hocce pro Deo venerari cœpit lubrica gens, revera Gedeute; quippe quibus vocibus, latira altera, altera Germanica, unum idemque significatur, esse cultum, indeque magna gravique veri similitudine niti, quod vocabulum, omnibus ante commune, hujus sensim statuæ proprium evaserit, tandemque pro nomine *Dei cuiusdam*, hac voce cognominati, fuerit reputatum. Si interim tamen ulterioribus conjecturis indulgere velimus, hanc ego vocis rationem adhuc adderem, quod a Hodi, morte, Jodutta descendat; *latum casu hostis signum*, Lothario hoc simulacrum nuncupante. Posuit enim

8) Corrupte Jodutta nostra, Zedutta quoque dicitur, quam vocem aliqui tamen probant, atque a Zeter derivant, quasi Sceleris cuiusdam rei, hujus statuæ invocatione, ad tribunal ipsius citarentur. Tandem Reineccius Fol. 51. de Mysor. orig. cantionis cuiusdam meminit, cuius principium: S. Jodutte war ein heiliger Mann, wie der Feind Lahm, ging er forn an ic.

nim Victor *victoriae* columnam, eamque simul *signum hostium mortis*; siquidem in pugna XLV. millia hominum cecidisse, perhibent. Quamobrem, quo jure a Clade Variana, ad oppidulum Hornam in Westphalia, *victoriae* campus, nomen des Wintfelts accepit, LIPSIUS ad Tacit. Annal. Libr. I, n. 211, quo jure etiam pugnae locus, die Wahlstet dicitur, i. e. locus casorum vel mortuorum, item apud WORMIVM Libr. I. monum. Dan. pag. 43. monumenta quædam, puta, in monticulis speciem aggesti aggeres, sub nomine *Valköster* obveniunt, h. e. aggeratio in bello occisorum: eodem plane fundamento, hoc Lotharii tropæum, *signum mortis* i. e. ein Zeichen der Wahlstatt, sive derer getöteten, gedödten, Getödte, & tandem Gedötte vocitatum fuisse, non omnino in congrue statuitur.

Non licet, propter limites mihi præscriptos, Cives O. O. honоратissimi, neque etiam ex re hoc loco est, prolixiori verborum, argumen torumque circuitu, ulteriori Joduttæ hujus expositioni immorari. Dixisse potius sufficiat, eò omnia collinare, *signum victoriae* Joduttam fuisse, idque pro Deo vel Dea adiutrice postea habitum esse. Et primarium sane præsentis Programmati scopum, ipsi existimabitis, esse, quo *Victorem & Triumphantorem*, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, omnium quot cunque victorum Superatorem immensum, animis vestris exponam: quo Victoriam ejusdem, beatissimosque illius fructus Vobis exprimam: quo denique ad pias meditationes de super diligenter instituendas, sedulo vos excitemque horterquer. Recolit nimirum Ecclesia fidelium, hodie memoriam gloriofissimæ Christi Crucifixi a mortuis resurrectionis, devoteque liberationis illius, quæ per ejus triumphum nobis contigit, recordatur. Recordatur, inquam, resurrectionis, in qua apicem salutis nostræ collocatum esse, nemo Christianorum dubitat. Frustra namque ea, quæ benignissimus Redemptor in se derivavit & nostri causa pertulit, extantlata fuissent omnia, nisi devicta morte, domito inferno, & di turbato diaboli regno, *victor & triumphator* in vitam rediisset. Gaudeamus ergo, O! mei, latissimo hocce tempore. Gaudeamus in hoc *Victore*, qui sævissimos hostes omnes pro nobis oppugnavit & devicit. Impletum nunc illud est, quod jam diu ante vaticinatus est Rex & propheta David: *Man singet mit*

mit Freuden vom Sieg in den Hütten der Gerechten, die Rechte des Herrn behält den Sieg, Ps. CXVIII. 15. Canamus itaque, jubilemus, exultemus. Apage examinem illam *Joduttam*. Apage auxilii inops istud. Sunt hūlp, & omnia, quot quot superstitionis signa. Unicus Iesuś, consummatissimus noster Redemptor, *vincens ille Leo de tribu Juda*, Apoc. V. 5. nostrum est adjutorium, qui nos juvare potuit, qui voluit, & revera juit. Apage porro sculptiles victoriæ columnas: hic Victoria, qvam nulla unquam inobscurabit oblivio: hic stator omnis *victoria* & Princeps: hic *monumentum aeternum*, & ære omni perennius, ut etiam cœtus fidelium canit.

Der Herr ist ein Zeichen des Sieges der Ehr:  
Ein Zeichen, desgleichen man findet nicht mehr.

Absorpta nunc mors est in victoria. Tod wo ist dein Stach? Hölle wo ist dein Sieg? Debellati certe estis, & tuum, infernalis hydra, caput Christus contudit. O! victoriam omnium solennissimam ac plane incomparabilem. In comparabiles sunt, qvæ ex inde in nos profluunt fructus, dum a reatu ad innocentiam, a damnatione ad libertatem, a morte ad vitam traducimur. Delevit Deus chirographum, qvod contra nos scriptum erat, & cruci affixum e medio sustulit, Col. II. 15. imo Deus pater, qvi Christum suscitavit ex mortuis, nos, qvi mortui eramus in peccato, vivificavit cum ipso. Devotissimas vero simul præpotenti huic mortis domitori agamus gratias, pro sua passione, pro sua victoria, pro suo triumpho, pro nostra liberatione. Nulla nunc amplius condemnatio in iis est, qvi vexillum Christi seqvuntur, tota ipsi mente, firmaque fide adhaerentes. Exclamemus cum Paulo: Gott aber sey Dank, der uns den Sieg gegeben hat durch unsern Herrn Iesum Christum, 1 Cor. XV. 57. Præsertim etiam angve caneque pejus fugiamus peccata, nec patiamur nobis eripi hunc thesaurum, hanc victoriā; probe considerantes, indignis beneficia obtrudere nolle dulcissimum Salvatorem. Gott aber des Friedes, der von den Todten ausgeführt hat den grossen Hirten der Schafte, durch das Blut des ewigen Testaments, unsern Herrn Iesum, der mache euch fertig in allem guten Werck, zu thun seinen Willen, und schaffe in euch, was für ihm gefällig ist, durch IESUM CHRISTUM, welchem sey

Ehre von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen,

Hebr. XV. 20. 21.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1004032692/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032692/phys_0011)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1004032692/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032692/phys_0012)

**DFG**

nim Victor *victoriae* columnam , eamque simul *signum mortis* ; siquidem in pugna XLV. millia hominum perhibent . Quamobrem , quo jure a Clade *Variana* , dulum Hornam in Westphalia , *victoriae* campus des Wintfelts accepit , LIPSIUS ad Tacit. Annal. Libr. quo jure etiam pugnæ locus , die Wahlstet dieitur *cæsorum vel mortuorum* , item apud WORMIVM Lnum. Dan. pag. 43. monumenta quædam , puta , in speciem aggesti aggeres , sub nomine *ValRöster* o h. e. *aggeratio in bello occisorum* : eodem plane fundam Lotharii tropæum , *signum mortis* i. e. ein Zeichen d statt , sive derer getödteten , gedödten , Getödte , & tandem vocatum fuisse , non omnino in congrue statuitur.

Non licet , propter limites mihi præscriptos , *Civ noratissimi* , neque etiam ex re hoc loco est , prolixiorum , argumen torumque circuitu , ulteriori Jodutta positioni immorari . Dixisse potius sufficiat , eò omnare , *signum victoriae* Joduttam fuisse , idque pro Deo v iurice postea habitum esse . Et primarium sane præ grammatis scopum , ipsi existimabis , esse , quo *Triumphatorem* , Dominum nostrum IESVM CH omniū quot cunque victorum Superatorem imme mis vestris exponam : quo Victoriam ejusdem , b que illius fructus Vobis exprimam : quo denique ad tationes de super diligenter instituendas , sedulo vo que horterquer . Recolit nimirum Ecclesia fideliu memoriam gloriofissimæ Christi Crucifixi a mortuis onis , devoteque liberationis illius , quæ per ejus t nobis contigit , recordatur . Recordatur , in qua Etionis , in qua apicem salutis nostræ collocatum e Christianorum dubitatibit . Frustra namque ea , quæ simus Redemptor in se derivavit & nostri causa per antata fuissent omnia , nisi devicta morte , domi & turbato diaboli regno , *victor* & *triumphator* in viset . Gaudeamus ergo , O ! mei , latissimœ hocce Gaudeamus in hoc *Victore* , qui sævissimos hostes omnis oppugnavit & devicit . Impletum nunc illud jam diu ante vaticinatus est Rex & propheta David :



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. O.31